Prag, NUB. I. G. 40
« Wiener Bündel » (Langstichband)

4° Boeth. cons. phil.
- Diss. schol. aa. XIV sp.

Vom inn. nicht sehr geschickte aufgetrochte Fg.
d. Boeth. - d. Philos.

fol. 118v (glg.) Alphabetum sic exponitur. a habet
tres tractus. et est in una littera. sic deus est
unus et tres persone. b dicitur bona vita vel
bonitas. c. civitas quasi civium unitas. quia
deus bonus et unus omnia condidit. que
unitatis concordia conservantur. d. dyabolus
e. elatus. f. fluxit. quia dyabolus elatus
fluxit de celo. g. genitor. h. hominum.
i. illum. k. karitate. l. locavit. i genitor
hominem illum karitate sua locavit. per
m. mulier. per n. nocuit. per o. opere.
per p peccatum. idest mulier nocuit
opere peccati. quando mandatum preterit.
et pomum fregit. per q. quare. per r.
refugium. per s. solus. per t. tenetur.
per v. vita. per x. x° idest quare refugium
solus tenetur xpc. per y. que est figura
sursum ampla et infra stricta. intelligitur
ut simus simplices ad terrena et astuti
sive ampli ad superna. per z. ubi tres
linee coniunguntur. signatur. quod ebraicum
et grecum ydyoma. latino adiunctum est.
Explicit comentum abecedari.

Iq.41